

Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. II. Am omnes creaturæ possibles videri possint in Deo?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

sae aliquibus in particulari, non est ratio, cur non pariter videri possit sine omnibus.

Objecies primò. In tantum creaturæ possibilis videntur in DEO, in quantum DEUS illas eminenter continet, & habet necessariam connectionem cum illis: sed DEUS continet eminenter non tantum creaturæ possibilis in communis, sed etiam in particulari, & habet necessariam connectionem cum illis: si enim vel una creatura existens fieret impossibilis, colleretur divina omnipotens: ergo etiam est necesse, ut creaturæ possibilis in particulari videantur in DEO.

Repl. Videntur creaturæ in DEO, in quantum habent connexionem & continentiam sub aliqua ratione formalis, nempe producibilitate ex nihilo, conc. secundum rationem materialem, qualis est particularitas effectus pertinens ad exercitium potius quam ad virtutem creandi, nego. Tamen etiam secundum hanc extensionem materialem creaturæ videri possint & videantur in DEO, tamen omnipotens sufficienter videri posset, non sìla ejusmodi ratione & extensione materiali.

6. Objecies secundò. Si essentia divina creaturæ possibilis tantum in communis repræsentaret, tunc illas confusè repræsentaret, sed hoc est contra perfectionem tam divinae essentiae, quam visionis, qua quicquid videt, clarè videt.

Repl. dicitur, maj. confusè repræsentaret, confusio sibi intrinsecā, & ortā ex defectu divinae essentiae, nego, extrinsecā & ortā ex imperfetta dispositione videntis, conc. Nec est contra perfectionem visionis, si objectum aliquod materialem confusè percipiat, dummodo primarium, quod est essentia divina, clarè percipiat.

§. II.

An omnes creature possibilis videri possint in DEO?

7. Adhuc quæstionem præcedenti è diametro oppositam responso & CONCLUSIO secunda est negativa, quam habet S. D. hic a. 8. & 3. contra gentes. c. 56. Ratio ipsius est: Si videntur in divina essentia omnes creature possibilis, comprehendetur divina essentia & omnipotens: sed hoc implicat, ergo. Sequela probatur: quando in virtute ipsius causa videntur omnes effectus, & termini possibilis ipsius, tunc comprehenditur ipsa causa: sed creature videntur in divina essentia, tanquam in causa: ergo si omnes possibilis viderentur, comprehendetur ipsa divina essentia. Major rursus probatur: illud comprehenditur, quod cognoscitur, in quantum est cognoscibilis; Sed si causa cognoscitur secundum omnem suam productionem, omnèsque habitudines, quas habet ad quoscumque terminos & effectus producibilis, cognoscitur in quantum est cognoscibilis: ergo comprehen-

ditur.

8. Objecies. Non sequitur, quod viso termino adiquatus Divinae omnipotentis. Beati videantur eandem omnipotentiam in quantum est intensivæ visibilis, sed ad summum, in quantum est extensivæ visibilis: ergo non sequitur, quod illam intensivæ comprehendant.

Antecedens probatur primò. In sententia probabilissima anima Christi videt adæquatum objectum scientiæ divinae visionis, nec tamen sequitur, quòd candem intensivæ comprehendat. Secundò. Beati vident adæquatum terminum Divinae generationis, nempe Filium, sicut & adæquatum terminum virtutis spirativæ, nempe Spiritum S. nec tamen sequitur, quòd vel generationem vel spirativam virtutem intensivæ comprehendant, quia non vident illam totaliter, & in quantum est cognoscibilis. Tertiò. Si beati viderent (*seu per possibile, seu per impossibile*) per species infusa omnes creature possibilis in se ipsis, non comprehendenter Divinam essentiam: ergo neque, si videant in speculo Divinam essentiam. Quartò. Si etiam sive per possibile, sive impossibile producerentur omnia possibilia, tamen in esendo non adæquarent perfectionem Divinae omnipotentie: ergo neque cognitio omnium possibilium adæqua perfectionem Divinae omnipotentie in cognoscendo, adeoque Divina omnipotencia non comprehenditur.

Repl. nego antec. ad cuius primam instantiam est disparitas, quòd creaturæ actuales & futuræ non sint terminus intensivæ, sed extensivæ adæquatus increata scientia visionis: cum scientia visionis habeat virtutem infinites plura videndi, unde tamen anima Christi videat in Verbo omnes creature aliquando productas, vel producendas, non tamen eandem intensivæ comprehendit. At contraria creaturæ omnes possibilis quatenus ex Divina omnipotentia fluentes sunt ejusdem terminus intensivæ adæquatus, unde ex earum omnium visione sequeretur intensiva comprehensio Divinae omnipotentie.

Ad 2. instantiam disparitas est, quòd licet beatitudi videant totum & intensivæ adæquatum terminum virtutis tam generativæ, quam spirativæ, non tamen illum vident totaliter, & secundum omnem intensivam perfectionem sua processio- nis; ideoque neutrā virtutem comprehendunt. Si verò videntur in DEO omnia possibilia, omnem simili modum essendi, omnem producibilitatem, adeoque & omnem virtutis productivæ perfectionem conspicerent; adeoque eandem comprehendenter.

Ad 3. instantiam permisso antecedente nego consequentiam, Disparitas est, quòd in facta hypothesi tantum videretur adæquatus terminus Divinae omnipotentis materialiter, non autem formaliter & sub ea ratione, quā derivatur à virtute causa; ideo sicut omnes creature possibilis in suo esse producito materialiter spectato sunt ens ab alio, limitatum, potentialitatē immersum, nec propria de Divini esse plenitudinem pertingunt; ita etiam omnia possibilia in se ipsis cognita, non exhaustirent purissimam actualitatem & cognoscibilitatem sua causæ. At verò in nostra hypothesi omnes creature possibilis viderentur in ratione termini Divinae omnipotentis formaliter, quia videntur secundum omnem rationem, secundum quam è sinu Divinae omnipotentis pro manant.

Ad 4. Resp. Etiamsi omnia possibilia producta distributivæ sumpta non adæquarent virtutem Divinae omnipotentis; eandem tamen adæquarent sumpta

sumpta collectivè, & in esse producti exhaustirent virtutem productivam DEI, qua ipsa de causa eorum omnium simultanea productio implicat. Unde instantia ipsiis potius Adversariis ei solvenda.

13. Ex haec tenus dictis sequitur, neque omnia libera decreta DEI ab ullo beatorum terminative cognoscendi posse, supposita doctrinâ, quod divina voluntas circa nullas creaturas sive futuras, sive non futuras suspensa manere, aut negativè tantum se habere possit. Decreta enim divina terminative cognoscendi nequeunt, quia terminus corundem in obliquo connotatus cognoscatur: sed ad terminum divinorum decratorum in hac hypothesi pertinent omnia illa possibilia, quae ad statum non futuritionis sunt divinitus relegatae; ergo nisi omnia possibilia videantur (qua videri non posse ostendimus) omnia quoque decreta in DEO videri non possunt. Dixa tamen terminative, non subjectivæ, quia cum subjectivæ accepta sint actus ipsæ divina voluntatis forensiter & necessariò in DEO existens, ab ipso attributo voluntatis divinæ virtualiter indistinctus, hanc dubiè à beatis videantur in DEO.

§. III.

Quanam creature actuales & quomodo à beatis videantur?

14. Certeum est primò. Posse omnes actuales creature in DEO videri, cum nulla sit assignabilius implicantia, & ita de facto juxta S. D. in 3. p. q. 10. art. 2. & communem Theologorum ab anima Christi videantur. Quia ut modo dictum, non idcirco comprehenditur scientia visionis, quod omnes illæ creature videantur, quia scientiae visionis obiciuntur, quod enim scientia visionis non ad alia & plura objecta se extendat, non est, quia futura adequant virtutem scientia, sed quia libera DEI voluntas plura objecta è statu possibiliter educere noluit in statum realis existentia, in quo solum scientiam visionis terminant & dominant.

15. Certum est secundò de fide, à ceteris beatis non omnes creature actuales videri, ex illo Matth. 24. & Marci 13. ubi Christus affirmat, quod de ultimo die judicii nemo seit, neque Angelî in celo. Ac præterea, quia nulli puræ creature concessum est, cognoscere omnes cogitationes & lectora cordium.

16. Cognoscunt tamen beati secundum communem Theologorum in primis omnia mysteria fidei, saltem quo ad substantiam: visio enim succedit fidei, tanquam terminus viae conformiter ad illud Prophetæ: Psal. 47. *sicut audivimus, sic vidi- mus.* Et & illud Apolloli 1. Cor. 13. cum autem venerit, quod perfectum est, evanescatur, quod ex parte est. Unde Augustini 20. de Civ. c. 21. dicit: *quid videbimus, nisi DEUM, & omnia illa, quæ nunc non videmus credentes?* Dixi: *saltem quod ad substantiam,* hoc est, specificam rationem mysteriorum: nam quoad omnes differentias individuales, circumstantias loci, vel temporis, singularum quoque peculiares rationes & ordinatio- nes, non omnia clarè cognosci ex loco scriptura supra citato de extremo judicii die, satis constat.

Cognoscunt præterea ordinem, partes, species, naturam, virtutes & proprietates totius universi; nec non illi omnia, quæ pertinent ad ejus statum, quem in hac vita gesserat, quæque per sonam ipsius concernunt. Quorum omnium ratio est, quod visio beatifica latet, & explicat omnem rationabilem appetitum beati: sed beati rationabiliter apparet in primis illa clare videntes in patria, qua obscurè crediderunt, & è quibus Theologicas conclusiones derivarunt in via: Nec non dispositionem & seriem totius universi, cuius perfecta cognitione naturæ Angelicæ est concessa: ac tandem quæ statum aut per sonum proprium concernunt.

Inde est, quod, ut dictum, Christus D. omnes videat cogitationes hominum & Angelorum, & quæcumque scientiæ visionis continentur, quia nôste hæc omnia ad ipsum statum pertinet, propter dignitatem capitii, & hypostatica unionis. Ideo quoque vident beati seriem & ordinem sua pradestinationis, quia hæc maximè personam & statum beatitudinis concernit. Vident Sancti eorum preces ac constitutionem, qui te ipsum in recessione commendant, præcipue SS. Angelii Custodes, quæ circa suos clientes aguntur. Videri Beatissima Virgo, eu Patrona omnium Christianorum omnium statum, necessitates, &c.

Vident, inquam, hæc omnia beati, & ab initio sua beatitudinis simul, absque successione vident, ut S. Doct. hic a. 10. Non enim inquit S. August. L. 15. de Trin. c. 16. erunt volubiles cogitationes nostra, ab aliis in alia euntis atque redeuntis, sed omnem scientiam nostram uno simul conspicueri videbimus. Est enim ea, quæ beati vident, non simul, sed successivè eveniant, quia tamen habent similitudinem in aeternitate divina essentia; ipsa quoque visio aeternitate participata mentitur, & per invariabilia principia regularatur, ideo non successivè, sed simul beatorum conspicueri objiciuntur. Unde si quæ in tempore & successione ad Angelis vel Beatis cognita à S. Script. referuntur, ut i. 63. & Dan. 10. non de cognitione in Verbo, sed quæ per specialem revelationem extra Verbum habentur, sum intelligenda.

Dices: Ex decimo cap. Danielis constat fuisse pugnam inter Angelos ex eo ortam, quod ipsum ignoramus, quid circa clientes sua cura commissos Divina providentia in futurum disponuerit: ergo non subfusit, quod beati statim ab initio sua beatitudinis videant omnia, quæ ad suum statum pertinent. Resp. cum communi Thomist. & Godoyi hic disp. 21. §. 4. sufficere, quod beati præcipue eventus & individua ad suum statum pertinentia à principio in Verbo cognoscant, omnes autem eventus in particulari successivè & extra Verbum possunt per specialem revelationem cognoscere.

§. IV.

Nominabilitas D E I.

Nota: Triplex DEO nomen imponi posse. Primum, quod ipsum comprehensive significat. Secundum. Quod licet non comprehensive, tamen quidditative, ut in se est. Tertium. Quod quidem